

C S V E T O N I I  
T R A N Q V I L L I

Flavius Domitianus.

Domitiani ortus, & adolescentia.



DOMITIANVS natus est IX.  
Calend. Nouemb. patre C. OS.  
designato, inituroq; mense in-  
sequenti honorem, regione ur-  
bis sexta ad malum Punicum,  
domo, quam postea in templum  
gentis Flaviae conuertit. Pubertatis ac primæ adele-  
scenciarum tempus, tanta Inopia, tantaq; infamia geſiſſe  
fertur, ut nullum uas argenteum in usu haberet. Sa-  
tisq; constat Clodium Pollionem prætorium uirum,  
in quē est poēma Neronis, quod inscribitur Luscio,  
chirographum eius conseruasse, & non unquam pro-  
tulisse, noctem sibi pollicentis: nec defuerunt, qui af-  
firmarent corruptionem Domitianum & à Nera suc-  
cessore mox suo. Bello Vitelliano confugit in Capito-  
lium cum patruo Sabino, ac parte præsentium copia-  
rum: sed irruptentibus aduersarijs, & ardente tem-  
plo, apud ædituun clām pernoctauit, ac manē Iſiaci  
celatus habitu, interq; sacrificulos uanæ supersticio-  
nis, cū se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrē co-  
mite

mitte uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus qui uer  
stigia subsecuti erant, deprehendi non potuerit. Post  
uictoriā demum progressus, & Cæsar cōsalutatus,  
honorem præture urbanae cum consulari potestate  
suscepit titulo tenus, quem iurisdictionē ad collegam  
proximum transtulit. Ceterū omnem uim dominat  
tionis tam licenter exercuit, ut iam tum, qualis futu  
rus esset, ostenderet. Ne exequar singula, contricta  
tis multorum uxoribus, Domitiam Longinam Aelio  
Lamiae nuptam etiam in matrimonium abduxit, atq;  
uno die super XX. urbana officia atq; peregrina di  
stribuit, mirari se Vespasiano dicitante, quod succeſ  
sorem non & sibi mitteret.

(Isaci habitu.) Hoc est in cultu uestimentisq; sacer  
dotum fidis.

Gesta per eum ante principatum. CAP. II.

**E**xpeditionem quoq; in Galliam Germaniasq;  
neq; necessariā, et dissuadentibus paternis ami  
cis inchoauit, tantū ut fratri se et operibus, et digna  
tione adæquaret. Ob hæc corruptus, quo magis æta  
tis, & conditionis admoneretur, habitabat cū patre  
urā, sellamq; eius ac fratribus, quoties prodirent, lecti  
ca sequebatur: ac triumphum utriusq; Iudaicum, equo  
albo comitatus est. In sex cōsulatibus non nisi unum  
ordinarium gesit, cūq; cedente & suffragante fratre.  
Simulauit & ipse mirè modestiā, in primisq; poëticæ

## 468 C. SVETONII TRANQ.

studium tam insuetū anteā sibi, quām postea spretum  
et abiectum, recitauitq; etiā publicē. Nec tamen eo  
secius, cum Vologesus Parthorum rex auxilia aduer-  
sus Alanos, ducemq; alterum ex Vespasiani liberis de-  
poposcisset, omni ope contendit, ut ipse potissimum  
mitteretur. Et quia discussa res est, alios orientis re-  
ges, ut idem postularent, donis ac pollicitationibus  
solicitate tentauit. Patre defuncto, diu cunctatus, an  
duplum donatiu[m] militi donaret, nunquam iactare  
dubitauit, relictum se principem imperij, sed fraudē  
testamēto adhibitā. Neq; cessauit ex eo insidias strue-  
re fratri clām palamq; quoad correptum graui uale-  
tudine prius, quām planè efflaret animam, pro mor-  
tuō deserit iūsit: defunctumq; nullo, praterquām con-  
secrationis honore dignatus, sēpe etiam carpsit obla-  
quis orationibus et edictis.

Gesta per eym in initio principatus. CAP. III.

**I**ntra initia principatus, quotidie secretū sibi ho-  
rarium sumere solebat: nec quicq; amplius, q[uod] mu-  
scus captare, ac stylo p[re]acuto configere, ut cuidam  
interroganti, esset' ne quis intus cum Cæsare, non ab-  
surdē resp[on]sum sit à Vibio Crispo, ne musca quidē.  
Deinde uxorem suā Domitiam, ex qua in secūdo suo  
consulatu filium tulerat, alteroq; anno consultauerat  
ut Augustam, candē Paridis histrionis amore depes-  
ditam, repudianit: intraq[ue] breue tempus impatiēs dis-  
sidiſſe

fidij, quasi efflagitante populo reduxit. Circa administrationem imperij aliquādiū se uarium præstítit, mixtura quoq; in æquabili uitiorē alij uirtutum, donec uirtutes quoq; in uitia deflexit: quantū coniectare licet super ingenij naturā, in opia rapax, metu seuus.

Spectacula per eum edita, ac eius liberalitas.

C A P. IIII.

**S**pectacula magnifica assidue, & sumptuosa edit: non in amphiteatro modo, uerum & in circuito: ubi præter solennes bigarum quadrigarumq; cursus, prælium duplex etiam equestre, ac pedestre comisit: atq; in amphitheatro nauale quoq;. Nam uenationes, gladiatoresq; & noctibus ad lychnuchos, nec virorum modo pugnas, sed & foeminarum. Præterea questorijs muneribus, que olim omissa reuocauerat, ita semper interfuit, ut populo potestate faceret biparia è suo ludo postulandi, que nouissima aulico apparatu induceret. Ac per omne gladiatorū spectaculū ante pedes eius stabat puerulus coccinatus, portentuoso paruoq; capite, cum quo plurimū fabulatur, nonnunq; serio. Auditus est certè, dum ex eo querit, ecquid sciret, & quid sibi uisum esset ordinatio ne proxima Aegypto præficere Metiu Rufum. Edit: nauales pugnas penè iustarū classem, effosso et †<sup>+ Al. circu</sup> structo. circunducto iuxta Tiberim lacu, atq; † inter maxi- <sup>+ Aliás, in</sup> mos imbræ prospectauit. Fecit & ludos seculares,

## 470 C. SVETONII TRANQ.

computata ratione temporū ab anno, nō quo Claudi-  
us proximè, sed olim Augustus ediderat. In his Cir-  
censium die, quò facilius centū missus peragerentur,  
singulos à septenis spatijs ad quina corripuit. Insti-  
tuit & quinquennale certamen, Capitolino iou tri-  
plex, musicū, equestre, gymnicum, & aliquanto plu-  
riū, q̄ nunc est, coronatorum. Certabant etiā et pro-  
sa oratione Græcè Latineq; ac præter citharēdos  
chorhocitaristæ quoq; & psallocitharistæ. In stadio  
uerò cursu etiā uirginis certamini præsedit crepida-  
tus, purpureaq; amictus togæ, Germanicam capite ge-  
stans coronā auream cum effigie Iouis, ac iunonis, Mi-  
neruæq; aſidētibus Diali sacerdote, et collegio Fla-  
uialiū pari habitu, niſi q̄ illorum coronis inerat et ip-  
ſius imago. Celebrat et in Albano quotānis Quinqua-  
tria Mineruæ, cui collegium instituerat: ex quo sorte  
dusti magisterio fungeretur, redderetq; eximias ue-  
nations, et scenicos ludos, superq; oratoriū ac poëta-  
rū certamina. Congiarium populo nūmorum treceto-  
rum ter dedit: atq; inter ſpectacula munera largiſſi-  
mum epulū. Septimontiali sacrorū quidem die, Sena-  
tui, equitiq; panarijs, plebeij, ſportellis cū obſonio  
distributis, initii uescendi primus fecit: dieq; proxi-  
mo omne genus rerū missilia ſparſit et quia pars ma-  
ior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſe-  
ras in singulos cuncos equeſtris ac senatorij ordinis  
pronunciauit.

Ope-

Opera publica per eum facta. CAP. V.

**P**lurima & amplissima opera incendio absunta  
pta restituit, in quibus & Capitolium, quod rursus  
arserat, sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine illa  
priostini autoris memoria. Nouam autem excitauit aedem  
in Capitolio custodi Ioui, & forū quod nunc Nerus  
uocatur. Item Flaviae templū gentis, & stadium, & <sup>+ Ali. mea</sup> thodæū.  
Odeum, & naumachia: è cuius postea lapide maximus  
circus, deustis utring; lateribus extrectus est.

Expeditiones per eum susceptæ. CAP. VI.

**E**xpeditiones partim spōte suscepit, partim ne  
cessariò. Spōte in Cottos, necessariò unā in Sar  
matas, legione cum legato simul cœsa. In Dacos duas,  
prīma Oppio Sabino cōsulari opppresso, secundā Cor  
nelio Fusco præfecto cohortiū prætorianarū, cui bel  
li summā commiserat. De Cattis, Dacisq; post uaria  
prælia, duplē triumphū egit. De Sarmatis laureā  
modò Capitolino Ioui retulit. Bellū ciuile motū à L.  
Antonio superioris Germaniae præside consecit ab  
sens felicitate mira, cū ipsa dimicatiōis hora resolu  
tus repete Rhenus, transituras ad Antonium copias  
barbarorū inhibuisset. De qua uictoria prius præsa  
gijs, q; nuncijs cōperit. Si quidē ipso, quo dimicatuū est  
die, statuā eius Rome insignis aquila circūplexa pē  
nis, clangores lētiſsimos edidit: pauloq; post occisum  
Antonium ad eo uulgatum est, ut caput eius quoque

472 C. SVETONII TRANQ.  
apporatum uidisse se plerique contendenter.  
Quedam instituta & ordinata per eum.

CAP. VII

Nouare,  
pro muta  
re.

**M**ulta etiam in communi rerum usu nouauit, Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnæ rū rectarum cōsuetudine. Duas Circensibus gregam factiones aurati, purpureiç; panni ad quatuor pristinas addidit. Interdixit his trionibus scenam, intra domum quidem exercendi artē iure concessò. Castrari mares uetus. Spadonum, qui residui apud mangones erant, prætia moderatus est. Ad summag quondam ubertatem uini, frumenti uero inopiam, existimās nimio uinearū stadio negligi arua, edixit, ne quis in Italia nouellaret: ut q; in prouincijs uineta succiderent, relicta (ubi plurimum) dimidia parte, nec exequem perseuerauit. Quadā ex maximis officijs inter libertinos, militesq; Rom. cōmunicauit. Geminari legiōnum castra prohibuit: nec plus, quam mille nūmos à quoq; ad signa deponi: quod L. Antonius apud duas legionū hyberna, res nouas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa uiidebatur. Addidit & quartum stipendium militi, aureos ternos.

Nouellaret. Id est, nouas uineas cōsereret. Quod certe magnos sumptus, & singularem industriā gentiāq; requirit, sed nouellæ uites diligēti colono nunquam non reddit magno cū fœnore impēsas. Diligētia eius & industria in iure dicēdo. Ca. VIII.

IUS

**I**us diligēter & industriè dixit. Plerūq; et in fo-  
uirorū sententias rescidit. Recuperatores, ne se sema-  
per persuasorijs assertionibus accommodarent, iden-  
tide admouuit. Nummarios iudices cum suo quen-  
que consilio notauit. Autor & Trib. pleb. fuit edile  
sordidum repetundarum accusandi, iudicesq; in eum  
& Senatu petendi. Magistratibus quoq; urbicis, pro-  
vinciaruinq; præsidibus coercendis, tantum curæ ad-  
bibuit, ut neq; modestiores unquam, neq; iustiores ex-  
riterint: è quibus plerosq; post illum reos omnium cri-  
minum uidimus. Suscepta morum correctione, licen-  
tiā theatram promiscue in equite spectandi inhī-  
buit. Scripta famosa, vulgoq; edita, quibus primores  
uiri, ac foeminae notabantur, aboleuit non sine auto-  
rum ignominia. Quæstorium uirum, quod gesticulan-  
di, saltandiq; studio teneretur, mouit Senatu. Probro-  
sis foemini lectoriae usum ademit, iusq; capiendi lega-  
ta, hereditatesq; Equitem R.o. ob reductam in ma-  
trimonium uxorem, cui demissæ adulterij crimen in-  
tenderat, erasit iudicium albo. Quosdam ex utroque  
ordine lege Scatinia condemnauit. Incesta Vestaliūm  
uirginum, à patre suo quoq; & fratre neglecta, ua-  
riè ac seuerè coercuit: priora capitali supplicio, po-  
steriora more ueteri. Nam cum Ocellatis sororibus,  
item Varonillæ liberum mortis permisiſſet arbitriū.

corruptoresq; earum relegasset, mox Cornelii uirginem maximam, absolutam olim, dehinc lōgo inter-  
uallo repetitam atq; cōuictam, defodi imperauit. Stu-  
pratoresq; uirgis in comitio ad necem cœdi, excepto  
pretorio uiro, cui dubia etiamnum causa, & incertis  
questiōnibus, atq; tormentis de semet professo, exili-  
um indulxit: ac ne qua religio deūm impunè contami-  
naretur, monumentum, quod libertus eius è lapidibus  
templo Capitolini iouis destinatis filio construxe-  
rat, diruit per milites, ossaq; & reliquias, que ince-  
rant, mari mersit.

Clementia eius, & largitas in initio principa-  
tus. CAP. IX.

**I**nter initia usque adeo ab omni cœde abhorrebat  
ut absente adhuc patre, recordatus Vergilium

Impia quām cœsis gens est epulata iuuencis,  
edicere destinauerit, ne boues immolarentur. Cupidi-  
tatis quoq; atq; auaritiae uix suspicionem ullam, aut  
priuatus unquam, aut princeps aliquandiu dedit, imò  
è diuerso magne sepe non abstinentiæ modò, sed eti-  
am liberalitatis experimenta. Omnes circa se largi-  
simè prosecutus, nihil prius aut acrius monuit, q; ne  
quid sordide fäcerent. Relictas sibi hæreditates ab  
ijs, quibus liberi eran', nō recepit. Legatum etiam ex  
testamento Ruscij Cepionis, qui cauerat, ut quotānis  
ingre-

ingredientibus curiam Senatoribus, certam sumnam  
uiritatem præstaret heres suus, irritum fecit. R eos, quæ  
ante quinquennium proximum apud ærarium pepen-  
dissent, uniuersos discrimine liberavit, nec repeti, ni-  
si intra annum, eaq; conditione permisit, ut accusato-  
ri, qui causam non teneret, exilium poena esset. Scri-  
bas questorios negotiantes ex consuetudine, sed con-  
tra Clodiam legem, uenia in præteritum donauit. Suc-  
cisia, quæ diuisis per veteranos agris carptim super-  
fuerunt, veteribus possessoribus, ut usucpta conces-  
sit. Fiscales calumnias, magna calumniantium poena  
reprobavit: ferebatur q[uo]d vox eius: Princeps qui delato-  
res non castigat, irritat.

Seuitia & crudelitas eius in plurimos. C A. X.

**S**ed neq; in clemetiæ, neq; in abstinentie tenore  
permansit, & tamen aliquanto celerius ad sœui-  
tiam descivit, q[ue] ad cupiditatem. Discipulum Partidis  
Pantomimi † puberem adhuc, etiam tum maximè <sup>+ Al. pag.</sup> ~~perem.~~  
grum, quod arte formaq; nō absimilis magistro uide-  
batur, occidit. item Hermogenem Tarsensem pro-  
pter quasdam in historia figuræ, librarijs etiam, qui  
eam descriperant, crucifixis. Patrem familiâs, quod  
Thracem Mirmilloni parem muncrario imparem de-  
xerat, detractum est spectaculis in arenam, canibus ob-  
iecit, cum hoc titulo: Impie locutus parvularius.  
Complures Senatores, in his aliquot consulares in-  
terfemite.

interemit; ex quibus Ciuciam Cerealem in ipso Asiae  
 proconsulatu, Saluidienā Orficum, Aciliū Glabronē  
**Molito-**  
**res à moli-**  
**endo. |** exilio, quasi molitores nouarum rerū, eteros leuis i-  
 ma quenq; de causa: Aelium Lamiam, ob suspitosos  
 quidem, uerū & ueteres et innoxios iocos: quod post  
 abductam uxorem laudanti uocem suam, heu taceo,  
 dixerat: quodq; Tito hortanti se ad alterum matri-  
 monium responderat, u. C. οὐ γαμήσαι θέλετ; Sal-  
 uium Coccianum, quod Othonis imperatoris patru-  
 sui diem natalem celebrauerat: Metium Pomposia-  
 num, quod habere imperatoriam genesim uulgō fre-  
 batur: et quod depictum orbem terrae in membranas  
 concionesq; regum ac ducum ex Tito Liuio circum-  
 ferret: quodq; seruis nomina Magonis & Annibalis  
 indidisset. Salustium Lucullum Britanniae legatum,  
 quod lanceas nouae formae appellari Luculleas passus  
 esset. Junium Rusticum, quod Peti Trase, & Eluidij  
 Prisci laudes edidisset, appellaretq; eos sanctissimos  
 uiros: cuius criminis occasione, philosophos omnes  
 urbe Italiam submouit. Occidit & Eluidium filium,  
 quod quasi scenico exordio sub persona Paridis, &  
 Oenones diuortium suum cum uxore tractasset. Fla-  
 uium Sabinam alterum è patruelibus, quod cum co-  
 mitiorum consularium die destinatū, perperam præ-  
 co non Consulem, ad populum, sed imperatore pro-  
 nunciajet. Verum aliquanto post ciuilis belli uicto-  
 riam

riam sacerdotem, plerosq; partis aduersae, dudum etiam latentes consciens, inuestigato nouo queſtioneſis genere distorsit, immisso per obſcena igne. Non nullis et manus amputauit. Satisq; conſtat duos ſolos e notioribus uenia donatos, Tribunum laticlauum, & centurionem, qui ſe, quòd facilius expertes culpe oſtenderet, impudicos probauerant: & ob id neq; apud ducem, nec apud milites illius momenti eſſe potuiffe.

Parmularius.) Parmula uenſ gladiator dicitur.  
μάρμαλη οὐ γενίκαι δίδις.) Id eſt. num & tu nubere uis?

Item eiusdem ſequitiae & crudelitas. CAP. XI.

**E**RAT autem non ſolum magna, ſed et callida in opinataeq; ſequitiae. Autorem ſummarum pridie quod crucifigeret, in cubiculum uocauit, affidere in thorax iuxta coegerit, ſecurum hilaremque dimisit, partibus etiā de coena dignatus eſt. Aretinum clementem confularem virum, e familiaribus emissariis ſuis, capitis condemnaturus, in eadem uel etiam in maiore gratia habuit, quoad nouissime ſimil gestanti cōſpecto delatore eius: Vis, inquit, hunc nequissimum ſeruum cras audianus? Et quod contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam tristiorem ſententiam ſine prefatione clementiae pronunciauit, ut non aliud iam certius atrocis exitus ſignum eſſet, quam principij leni-

tas. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat:  
 & cum prædixisset experturū se illa die, quām cha-  
 rius Senatui esset, facile persecerat, ut etiam more ma-  
 iorum puniendi condemnarentur: deinde atrocitate  
 poenæ conterritus, ad leniendā inuidiam intercessit,  
 his uerbis (neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere)  
 Permittite patres cōscripti à pietate uestra impetrā-  
 ri, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnā-  
 tis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam &  
 parcetis oculis uestris, & intelligent me omnes Se-  
 natui interfuisse.

Rapine & extortiones eius. CAP. XII.

**E**xhaustus operum ac numerum impensis, sti-  
 pendioq; quod adiecerat, tentauit quidem ad  
 relevandos castrenses sumptus militum numerum di-  
 minuere. Sed cum obnoxium se barbaris per hoc ani-  
 madaueret, neq; secius eō in explicandis oneribus  
 omnibus hæceret, nihil pensi habuit, quin prædare-  
 tur omni modo bona uiuorum, & mortuorum usque-  
 quaq; quolibet & accusatore, & criminè corripie-  
 bantur. Satis erat obijci qualemq; factum, dictumq;  
 aduersum maiestatem principis. Confiscabantur alie-  
 niissimæ hæreditates, uel existente uno qui diceret au-  
 disse se ex defuncto, cum uiueret, hæredem sibi Cæ-  
 sarem esse. Præter cæteros iudaicus fiscus acerbissi-  
 mè actus est: ad quem deferebantur, qui uelut profes-  
 si, ut

si Iudaicam intra urbem uiuerent uitam, uel dissimus  
lata origine imposita genti tributa non pependi-  
sent. Intervisse me adolescentulum memini, cum à  
procuratore, frequentissimoq; consilio inspiceretur  
nonagenarius senex an circunsectus esset. Ab iuventa  
minimè civilis, animi confidens etiam, & tum uera-  
bis, tum rebus immodicus. Cenidi patris concubinæ  
ex Histria reuersæ, osculumq; ut assueuerat, offeren-  
ti, manum præbuit. Generum fratri indignè ferens,  
albatos & ipsum ministros habere, proclamauit: οὐκ  
λγαδόρ πολυκορωνί.

Circunsectus.) Hoc est an esset circuncisus, & per  
hoc ludæus, ut extorqueret ab eo pecuniā: facit au-  
tem hoc ad rei indignitatē, nonagenarium senē de-  
tegere, & pudenda eius inspicere, idq; in frequen-  
tissimo conuentu, propter spem lucri.  
(οὐκ εγαῖον.) Hoc est, non est bona multitudo impe-  
rantium.

Elatio eius, & uana gloria. C A P. XIII.

P Rincipatum uero adeptus, neq; in senatu iactaa  
re dubitauit, & patrise, & fratri imperium de-  
diisse, illos sibi redidisse. Neq; in reducenda post di-  
uortium uxore edicere, uocatam eam in puluinar su-  
um: acclamari etiam in amphitheatro epulari die  
libenter audiſt domino & dominae feliciter. Sed &  
Capitolino certamine cunctos ingenti consensu pre-  
cantes, ut Palfuriū Suram restituueret, pulsū o-  
lim Senatu, ac tunc de oratoribus coronatum, nullo

## 480 C. SVETONII TRANQ.

responso dignatus tacere tantummodo iussit uoce præconis. Pari arrogantia, cum procuratorū suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: Dominius et Deus noster sic fieri iubet: unde institutū pōb hac, ut ne scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter. Statuas sibi im Capitolio nō nisi aureas & argenteas ponи permisit, ac ponderis certi. Ianos, arcusq; cū quadrigis & insignibus triumphorum per regiones urbis, tantos aut tot extruxit, ut cuidam Græcē inscriptione arcui sit, Arcam et Calvium. Consulatus XVII. cepit, quot ante eum nemo. Ex quibus septem medios continuauit: omnes autem penè titulo tenus gesit, nec quenquā ultra Cal. Maij. plures ad idus usq; Ianuarias. Post autem duos triumphos, Germanici cognomine assumpto, Septembrem mensem & Octobrem ex appellationibus suis, Germanicum, Domitianumq; transnominauit: quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

Coniuratio contra eum facta, & suspicio mortis, quam habebat. CAP. XIII.

**P**er hæc terribilis cunctis & iniuisus, tandem op̄ pressus est amicorum libertorumq; int̄morum conſpiratione, simul & uxoris. Annū diemq; ultimū uitæ iampridem ſuceptum habebat, horam etiā, nec non & genus mortis. Adolescentulo Chaldei cuncta prædixerant. Pater quoque ſuper ſcenam quandam fungis

fungis abstinentem palam irriserat, ut ignarum sor-  
tis sue, quod non ferrum potius timeret. Quare pa-  
uidus semper atque anxius, minimis etiam suspicioni-  
bus præter modum commouebatur, ut edicti de excis-  
dendis uineis propositi, gratiam facere non alia ma-  
gis re compulsi credatur, quam quod sparsi libelli  
cum his uersibus erant:

Κύρ μι φάγη ἐπιέχετ τόμω, ἵτι καρποφορήσω  
Οσον ι πιστεῖσα καιορι θυμει φ.

Eadem formidine ablatum à Senatu nouum & exco-  
gitatum honorem, quanquam omnium talium appre-  
tentissimus, recusavit: quo decretum erat, ut quoties  
gereret consulatum, equites R.o. quibus sors obtigis-  
set, trabeati & cum hastis militaribus præcederent  
eum inter lictores apparitoresq;. Tempore quoq; su-  
specti periculi appropiquate, solicitor in dies por-  
ticum, in quibus statuari consuebat, parietes Phē-  
gite lapide distinxit: e cuius splendore per rimagini  
quicquid à tergo fieret, prouideret. Et nec nisi secre-  
to, atq; solus plerasq; custodias, receptis quidē in ma-  
nu catenis audiebat, utq; domesticis persuaderet, ne  
bono quidem exemplo audēdam esse patroni necem,  
Epaphroditum à libellis, capitali pena condemnā-  
uit, quod post destitutionem Nero in adipiscēda mor-  
te manu eius adiutus existimabatur.

Κύρ μι φάγη. Hoc est, Etiāsi me ad radices usq; co-

Hh medes

mederis, tantum tamen fructicabo, quantum debet infundi Cæsari sacrificanti.

Trabeati. Id est, Trabea ueste induti, quæ erat ex purpura paliaq; quadam eleganti accessione.

Phengite lapide.) Lapis est candore & splendore eximius: dicitur enim Græcè φίγη lux.

Patruelis per eum occisus, et prodigia mortis eius. C A P. X V.

**D**Eniq; Flauium Clementem patruellem suū temptissimæ inertiae, cuius filios etiam nū parvulos successores palā destinauerat, et obolito priore nomine, alterum Vespasianū appellari iussérat, alterum Domitianum, repente ex tenuissima suspitione

**Tantum** non ipso eius consulatu interemit, quo maxima non, propemo mē factō maturauit sibi exitum. Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataq; sunt, ut exclamaverit, Feriat iam quem uoleat. Tactum de cœlo Capitolium, templumq; Flaviae gentis. Item domus Palatina, et cubiculum ipsius, atq; etiam ē basi statua triū phalis titulus excussus ui procellæ in monumentū proximum decidit. Arbor, quæ priuato adhuc Vespasia no euersa surrexerat, tunc rursus repente corruit. Prænestina Fortuna toto imperij spatio annum nouū cōmendant, lētā eandemq; semper sortem dare assuta, extremo tristissimam reddidit, nec sine sanguinis mentione. Mineruā, quā superstitiose colebat, somnia uit excedere sacrario, negantemq; ultrā se tueri eum posse, quod exarmata esset à Ione. Nulla tamen res permis-

perinde commotus est, quam responso, casuq; Ascle-  
tarionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem  
factasse se, quæ prouidisset ex arte, sciscitatus est,  
quis ipsum maneret exitus, et affirmantem fore, ut  
breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mo-  
ra, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri  
quoque accuratissimè imperauit. Quod cum fieret, e-  
venit, ut repentina tempestate deicto funere, se-  
niustum cadaver discerperent canes, idq; ei cœnanti  
à Mimo Latino, qui præteriens fortè animaduer-  
rat, inter cæteras diei fabulas refertur.

Signa mortis eius.

CAP. XVI.

**P**RIDIE q; periret, cū oblatos tuberes seruari iuf-  
fisset in crastinū, adiecit, Si modò uti licuerit.  
Et conuersus ad proxime s, affirmauit fore, ut sequenti  
die, Luna se in Aquario cruentaret, factumq; aliquod  
existeret, de quo loquerentur homines per terrarum  
orbem. At circa medianam noctem ita est exterritus, ut  
ex strato prospiret; dehinc manè aruspicem ex Ger-  
mania missum, qui consultus de fulgere mutationem  
rerum prædixerat, audiit condemnauitq; ae dū exul-  
ceratam in fronte uerrucam uehementius scalpit, pro-  
fluente sanguine. Utinam, inquit, haltenus. Tunc ho-  
ras requirenti, pro quinta, quam metuebat, sexta ex  
industria nuntiata est. His uelut transacto iā pericu-

le l<sup>e</sup>tum festinanteq<sup>;</sup> ad corporis curā, Parthenius  
cubiculo p<sup>r</sup>epositus conuertit, nuntians esse, qui ma-  
gnūm nescio quid efferret, nec differēdū. Itaq<sup>;</sup> sum-  
motis omnibus, in cubiculum se recepit, atq<sup>;</sup> que ibi occi-  
cīsus est.

De insidijs & c<sup>r</sup>e<sup>d</sup>e eiusdem. C A P. XVII.

**D**E insidiarum c<sup>r</sup>e<sup>d</sup>isq<sup>;</sup> genere, h<sup>a</sup>c fere diuula-  
gata sunt: Cunctantibus conspiratis, quando  
& quomodo, id est, lauant emne an coenantem aggre-  
derentur, Stephanus Domicillae procurator, & tunc  
interceptarum pncuniarum reus, cōsilium operamq<sup>;</sup>  
obtulit. Ac sinistriore brachio uelut ægro, lanis fa-  
scisq<sup>;</sup> per aliquot dies ad auertendā suspicionem ob-  
uoluto, ad ipsam horam, dolum interiecit: professusq<sup>;</sup>  
conspirationis indicium. & ob hoc admissus, legenti  
traditum à se libellum, & attonito suffudit inguina.  
Saucium ac repugnantem aborti Clodianus Cornicu-  
larius, & Maximus Parthenij libertus, & Saturies  
decurio cubiculariorum, & quidam è gladiatorio lu-  
do, uulneribus septem contrucidauerunt. Puer, qui  
curæ larium cubiculi ex consuetudine assistens inter-  
fuit c<sup>r</sup>edi, hoc amplius narrabat, se iussum à Domitia  
no ad primum statim uulnus pugionem puluino subdi-  
tum porrigere, ac ministros uocare, neque ad caput  
quicquam excepto capulo, & præterea omnia clausa  
reperisse, atq<sup>;</sup> illum interim correpto, deductoq<sup>;</sup> ad  
terrā

terram Stephano, collecta um diu, modò ferrum ex-  
torquere, modò quanquam laniatis digitis, oculos ef-  
fodere conatum. Occisus est X I I I I. Calend. Octo-  
bris, anno etatis X L V. imperij X V. Cadauer eius  
populari sandapila per ueffillones exportatū, Phyl-  
lis nutrita in suburbano suo Latina uia funeravit:  
sed reliquias templo Flaviae gentis clam intulit, cine <sup>Funerare.</sup>  
ribusq; Iulie filie Titi, quam & ipsa educaverat, co-  
misicut.

Statura & pulchritudo eius. C A P. XVIII.

**S**tatura fuit procula, uultu modesto, roborisq;  
pleno gradibus oculis, uerū acie hebetiore: præ-  
tereā pulcher ac decens, maximè in iuuenta, & qui-  
dem toto corpore, exceptis pedibus: quorum digitos  
restrictiores habebat, postea caluitio quoq; defor-  
mis & obesitate uentris, & crurum gracilitate: que-  
tamen ei ualetudine longa remacuerant. Commen-  
dari se uere cundia oris adeò sentiebat, ut apud Sena-  
tum sic quondam iactauerit, Vsque ad-  
tum sic quondam iactauerit, Vsque adhuc certè ani-  
mum meum probastis, & uultum. Caluitio ita offen-  
debatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui aliq  
ioco, uel iurgio obiectaretur: quamuis libello, que de  
cura capillorum ad amicum edidit, etiam illum simul,  
sejz cōsolans inseruerit: οὐχ ὅςτε, καὶ γω καλός τε  
μέγας τε. Eadem remanēt mecum capillorum fata,  
& forti animo fero comam in adolescentia senescen-

## 486 C. SVETONII TRANQ.

tem. Scias nec gratius quicquam decore, nec breuius.  
oꝝ xp̄s.) Non uides, quod & ego pulcher mag-  
nusque.

Peritia eius in sagittando, & laborum impatiens  
tia. CAP. XIX.

al. effice  
ret. **L**aboris impatiens, per urbem pedibus non teme-  
re ambulauit. in expeditione & agmine, equo  
rarius, lectica assiduè uectus est. Armorum nullo, sa-  
gittarum uel præcipuo studio tenebatur. Ceteras ua-  
rij generis feras sèpè in Albano secessu conficientem  
spectuere pleriq; atq; etiam ex industria ita quar-  
dam capita figentem, ut duobus istib⁹ quasi cornua  
& effingeret. Nonnunquam in pueri procul stantis,  
præbentisq; pro scopulo diffansam dextræ manus  
palmarum sagittas tanta arte direxit, ut omnes per in-  
terualla digitorum innocuè euaderent.

## Facundia eius, &amp; studium. CAP. XX.

**L**iberalia studia in initio imperij neglexit, quan-  
quam bibliothecas incendio absumptas impen-  
sissimè reparare curasset, exemplaribus undiq; peti-  
tis, missisq; Alexandriam, qui describerent, emenda-  
rentq;. Nunquam tamè aut historiae, carminibusue co-  
gnoscendis operam ullam, aut stylo uel necessario de-  
dit: præter commentarios, & acta Tiberij Cesaris  
nihil lecitabat: epistolæ, orationesq; et dicta alie-  
no formabat ingenio, sermonis tamè nec inelegantis.

Dictio-

Dictorum interdum etiam notabilium, Vellel, in Norabile,  
quit, tam formosus esse, quam Metius sibi uidetur: & in bonam  
cuiusdam caput uarietate capilli subrutilum & inca-  
num, perfusam niuem mulso dixit.

Vsus aleæ, & coniuia, & alia gesta per eum.

## C A P. XXI.

**C**onditionem principum miserrimā aiebat: qui  
bus de coniuratione comperta nō crederetur,  
nisi occisis. Quoties otium esset, alea se oblectabat,  
etiam pro festis diebus, matutinisq; horis, ac lauabat  
de die, prandebatq; ad satietatem, ut non temere su-  
per cœnam præter Martianum malum, & modicam  
in ampulla potiunculam sumeret. Coniuabatur fre-  
quenter ac largè, sed penè raptim, certè nō ultra so-  
lis occasū, nec ut postea comessaretur. Nam ad horā  
somni nihil aliud, quam secretò solus deambulabat.

## Libido &amp; luxuria eiusdem. C A P. XXII.

**L**ibidinis nimia, & siuidatē concubitus uelut ex-  
orcitationis genus clinopalen uocabat. Erat-  
que fama quasi concubinas ipse diuelleret, nataretq;  
inter uulgatisimās meretrices. Fratris filiam ad-  
huc uirginem oblatam in matrimonium sibi, cùm de-  
uictus Domitiæ nuptijs pertinacissimè recusasset,  
nō multò pòst alij collocatam ultrò corrupit: & qui-  
dem uiuo etiam tum Tito: mox patre ac uiro orba-  
tam, ardentißimè palamq; dilexit, ut etiā causa mor-

438 C. SVETONII TRANQ.  
tis extiterit coacte conceptum à se abigere.

Mœstia militum, & letitia Senatus in morte  
eius. CAP. XXIII.

**O**ccisum eum, populus indifferenter, miles gra-  
uiissime tulit, statimq; eum diuini appellare co-  
natus: paratus & ulcisci, nisi duces defuisse: quod  
quidem paulo post fecit, expositulatis ad poenam per-  
tinacissime cœdis autoribus. Contrà, Senatus adeò le-  
tatus est, ut repleta certatim curia non temperaret,  
quin mortuum contumeliosissimo, atq; acerbissimo ac  
clamationum genere laceraret: scalas etiam inferri,  
clypeosq; & imagines eius coram detrahi, & ibidē  
solo affligi iuberet: nouissimè eradēdos ubiq; titulos,  
abolendamq; omnem memoriam decerneret. Ante  
paucos quām occideretur menses, cornix in Capito-  
lio elocuta est, ἵστηται καλῶς. Nec desuit qui  
ostentum sic interpretaretur:

Nuper Tarpeio que sedit culmine cornix,

Est bene, non potuit dicere, dixit, erit.

Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam  
sibi pone ceruicem auream enatam, pro certoq; ha-  
buisse beatiorem post se, letioremq; portendi reip.  
statum. Sicut sanè breui euenit abstinentia & mod-  
eratione in sequentium principum.

ἵστηται καλῶς. Id est, Erunt omnia bene.

\* al latio-  
rem.

F I N I S.

D.MA-